



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

XVII. XVIII. Mvstaphas, Ottomannvs II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

liones Christianorum à cæde Turcarum conservati sunt ; sed novis inter Christianos Principes propter muscam, & labruscam litibus ortis plurima loca modico tempore recuperavit. Unde magnus Persa furore percitus exclamasse dicitur : *Si Christianorum Imperator essem, duo patibula erigerem, alterum pro Regibus, alterum pro Principibus, ut pacem inter se servare addiscerent.* Obiit anno 1617. postquam 30. annos vixisset, & 15. regnasset. Vide *Aurifod. nostram iur. publ. pag. 1697.*

XVII. XVIII.

MUSTAPHAS, & OTTOMANNVS II.

Mustaphas successit fratri suo Achmeti Janizarorum ope. Quia verò nepotibus suis pepercit, Ottomannus Achmetis filius anno 1618. supra thronum positus, & Mustaphas in carceres coniectus fuit. Ille autem postquam cum Janizaris, quos omnes extirpare volebat, convenire non posset, Mustapham è vinculis reduxerunt, & ejus loco Imper. constituerunt, qui Ottomannum 1622. 4. regiminis sui an. in frustra concidi mandavit. An. tamen sequenti

Mustaphas denuò à Janizaris depositus, & in arctum Monasterium omni lumine destitutum detrusus est, ubi à vermibus consumptus expiravit. Sic transit gloria mundi, *Aurifod. pag. 1698. & pag. 1804.*

XIX.

AMVRATHES IV.

Achmethis II. filius supra thronum elevatus est, postquam Mustaphas depositus esset. Sub hoc Amurathe regnum Hungariae pacatum, & tranquillum permansit propter Cosaccorum rebellionem in Asia & Tartarorum, Persarumque motus, quos debellando suppressit. Obiit anno 1640 annos natus 33. postquam 17. annos regnasset, & 7. Christianorum Principes à rebus captivos lamentabili celeusmate strangulasset, eò quod adversus proprium suum Caesarem ab Amurathe supplicias sollicitarent, indignum judicans, quod subditi Principes à suo capite deficerent: *Reddunt ergò quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.* Vide *Aurifod. nostr. verb. Turcicum Imp, pag. 1699.*

XX. IBERIA